



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

Concilium Tarragonense Pro Canonizatione Raimundi Pennafortii  
celebratum anno MCCLXXIX. sub Nicolao papa tertio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

NICOLAVS C. TARRACONENSE. RUDOLPHVS I. IMP.  
P. III. PETRVS III. R. ARAGONIÆ. 607

tem spectantia ordinavit. In hoc vno quibusdam culpabilis visus, quod in suos propensior obseruaretur: præsertim quod ut iis benefaceret, aliis subtrahebat. Tandem, licet cibi potusque abstinentissimus esset, morte tamen subitanea in octaua assumptionis Suriani sublatus est, cum pontificatum annis tribus, mensibus octo, & diebus quindecim obtinuisse. Inde Romam relatus in ecclesia sancti Petri sepultus est. Sedes quinque mensibus vacauit.

ANNO  
CHRISTI  
1279.

CONCILIVM TARRACONENSE  
PRO CANONIZATIONE RAIMUNDI  
Pennafortii celebratum anno MCCLXXIX.  
sub Nicolao papa tertio.

NOTA.

\* Concilium. ] De hac Synodo Bzouius ex Surita ista refert: *Tarracone in Aragonia ad septimum Idus Decembris Bernardus Tarracensis archiepiscopus, Arnaldus Barcinonensis, Bernardus Gerundensis, Raimundus Ausitanus, qui se Vicensem cognominat, Guilielmus Ilerdensis, Petrus Vrgelitanus, Arnaldus Dertofanus, Petrus Cesar Augustanus, Iacobus Oscensis, Iaspertus Valentinus, episcopi: item abbes & alii prelati Concilium celebrarunt. Ex eius decreto literis enixe Nicolaum pontificem interpellarunt, ut Raimundi Pennafortii viri sanctissimi memoria sua certa destinataque sententia religione omnium consecraretur, areque ei inter diuos ritu solenni statuerentur, utpote cuius viri sanctitas insigni tunc splendore apud omnes prefulgeret. Nihil tunc in gratiam illorum concedere voluit Nicolaus, quod rex Petrus a Procida seductus iam turbas Italiae moliretur, neque censum Romana ecclæ pendere velllet.*

ANNO  
CHRISTI  
1281.

VITA ET EPISTOLÆ  
MARTINI PAPÆ II. VVLGO IV.

MARTINVS huius nominis secundus, Simon ante dictus, natione Gallus, patria Briensis, quondam Turoni canonicus, vir pius & sanctus, post obitam in Gallia legationem sedis apostolicæ, ex cardinale presbytero tituli sanctæ Cæciliæ creatus est pontifex octauo Kalendas Martii anno Domini 1281. tempore Rudolphi imperato-